

Andrea Colli (University of Trento, Italy)

*AUGUSTINE'S DE GENESI AD LITTERAM AS COMMENTARY OF DE ANIMA III, 5
A SIGNIFICANT CASE OF COMPARISON BETWEEN AUTHORITY AND TRANSLATIONS IN 13TH CENTURY*

1. The problem

Text A: THOMAS AQUINAS, *In IV Sententiarum*, dist. 1, q. 1, art. 4, q. 1, arg. 3, ed. Fiaccadori, Parma 1858, p. 460-461.

Praeterea, nobilius est agens patiente, secundum Augustinum in 12 super gen.; et secundum philosophum, in 3 de anima; et iterum causa dignior est effecto. Sed tam anima rationalis quam gratia praevalet sensibilibus elementis. Ergo sacramentum, quod est materiale elementum, ut prius dictum est, non potest agere in animam ad causandum gratiam in ipsa.

Text B: THOMAS AQUINAS, *In IV Sententiarum*, dist. 32, q. 1, art. 3, arg. 1, p. 962.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod vir et mulier non sint in actu matrimonii aequales. Agens enim nobilius est patiente, ut Augustinus dicit, 12 super Gen. ad litteram, cap. 16. Sed in actu conjugali vir se habet ut agens, et femina ut patiens. Ergo non sunt in actu illo aequales.

Text C: THOMAS AQUINAS, *Quaestiones disputatae de anima*, q. 21, arg. 8, ed. leon., p. 177.

Preterea. Augustinus dicit, XII Super Genesim ad litteram, quod agens est nobilior patiente. Set ignis corporeus non est nobilior anima. Ergo ignis non potest agere in animam.

Text D: IOHANNES DUNS SCOTUS, *Ordinatio*, l. I, dist. III, pars III (*De imagine*), q. 2, pp. 300-301.

Istam conclusionem sic intellectam probat ratio sua primo allegata, - quia ista, quod "agens est praestantius patiente", non est immediata, sed dependet ex istis tribus: "agens est praestantius effecto", et "effectus agentis est forma et actus patientis", et "actus est nobilior potentia". Ubi ergo istae propositiones sunt verae, ibi propositio Augustini quam accipit est vera; illa autem quod "agens est praestantius effecto" non est vera nisi de causa aequivoca et totali: potest autem aliqua causa esse partialiter agens ad aliquem effectum nobiliores se, sicut elementum in virtute corporum caelestium potest agere ad generationem mixti, quod est nobilior ipso elemento, agente ut partiali causa.

2. The texts

Text E: ARISTOTELES LATINUS, *De anima*, III, 5, 430a18-19

Iacobus Veneticus

Guillelmus de Moerbeka

Michael Scotus

Semper enim honorabilior est agens patienti et principium materia.

Semper enim honorabilior est agens patiente et principium materia.

Agens enim semper est nobilior patiente et principium nobilior materia.

Text F: AUGUSTINUS, *De Gn. ad litt.*, PL 34, XII, 16.33, 467.

Hic existit quiddam mirabile, ut cum prior sit corpore spiritus, et posterior corporis imago quam corpus, tamen quia illud quod tempore posterius est, fit in eo quod natura prius est, praestantior sit imago corporis in spiritu, quam ipsum corpus in substantia sua. Nec sane putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tamquam spiritus corpori facienti, materiae vice subdatur. Omni enim modo praestantior est qui facit, ea re de qua aliquid facit; neque ullo modo spiritu praestantius est corpus; imo perspicuo modo spiritus corpore.

3. An «archeological reconstruction» of the problem

Text G: ALBERTUS MAGNUS, *Super II Sententiarum*, l. 2, d. XXX, art. 1, p. 495B.

Dicit Augustinus, quod in omnibus praestantius est agens patienti: et Philosophus, quod semper honorabilius est agens patienti, et efficiens materia: sed corpus non est praestantius quam anima: cum igitur aliunde non causetur peccatum originale in anima nisi ex corpore, videtur quod in ipsa non possit causari.

Text H: ALBERTUS MAGNUS, *De incarnatione*, tr. 6, q. 1, ed. I. Backes, Aschendorff, Köln 1958, (Alberti Magni, Opera omnia, 26), p. 223

Quo agente in ipsam sit passibilis Ad quartum proceditur sic: Dicit Augustinus, quod in omni re fortius est agens patiente; sed nihil in potentia est fortius anima; ergo nihil agit in ipsam et praecipue nihil corporeum. Idem accipitur a Philosopho in iii de anima, ubi dicit, quod semper honorabilius est agens patiente.

Text I: RICHARD FISHACRE, *In secundum librum sententiarum*, dist. 26, ed. R. James Long, Verlag der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, München 2011, p. 142

Item, omne educens de potentia in actum est nobilius eo quod educitur, quia, ut dicunt Aristoteles et Augustinus, non agit nisi nobilius in ignobilius. Sed gratia educit potentias animae naturales de potentia in actum.

Text L: ALEXANDER HALENSIS, *Summa theologica*, l. 2, pars 2, inq. 2, tr. 3, q. 2, ed. Quaracchi, Firenze 1930, p. 231.

Item, “omne agens nobilius est patiente”, sicut dicit Augustinus, in XII Super Genesim ad litteram - et accipitur ibi “agens” communiter, ut appelletur etiam corrumpens agens: constat enim quod nihil agit in aliud corrumpendo ipsum, nisi sit potentius ipso; similiter etiam accipitur hic ‘patiens’ communiter, non solum pro patiente passione quae est per abiectiorem, sed etiam passione quae est in recipiendo: non enim loquitur ibi Augustinus de passione quae fit per abiectiorem, sed de altera - sed corpus neque nobilius neque potentius est anima; ergo anima non corrumpitur neque patitur ab ipso corpore.

Text M: ALEXANDER HALENSIS, *Summa theologica*, l. 2, pars 1, inq. 4, tr. 2, s. 2, q. 2, c. 6, ed. Quaracchi, Firenze 1930 p. 629.

Item, in VI Musicae, Augustinus: “Omnino agens praestantius est patiente”. Et Philosophus: “Omne agens nobilius est patiente”; sed sexus virilis est agere, mulieris pati, maxime in illo opere propter quod est distinctio sexuum, quae penes corpus attenditur; ergo corpus virile nobilius est corpore muliebri.

4. Conclusion: concordism and theoretical consequences

Text N: DIETRICH VON FREIBERG, *De visione beatifica*, ed. by B. Mojsisch, Meiner Verlag, Hamburg 1977, 1.1.2.2, p. 24.

Contemnenda est autem aliquorum rudis expositio, qua exponunt iam dicti philosophi verbum et Augustini, qui dicit Super Genesim l. XII c. 29, quod omne agens praestantius est patiente. Verum est, inquiunt, inquantum agit, sed non simpliciter est nobilius seu praestantius.